

Zibaldone 8: suppliche e atti ducali e capitolari (carte 127. - 138.): carta 127.

8.1 - suppliche al Doge e suoi interventi 1470. e 1471.: carta 12:7
ex Regesto Litterarum et Supplicationum extra sign. 1470 -71 - 72
 asservato in Cancellaria inferiori c. 6. t.go:¹

(settimo fascicolo - carta 127.)

Cristophorus Mauro d. gr. dux Venetiarum etc.

Nobili et Sapienti Viro Petro Memo Pot.i et Cap.o Ta.o: fideli dilecto salutem et dilectionis affectum.

Videbitis Supplicationem istis implicitam, quam nobis porrigi fecerunt Canonici et Capitulum Cathedralis eccl.ae Tarvisinae. et quoniam rem ipsam aliter non inteligimus, aut claram habemus, mandamus vobis, quod ipsam optime inteligere curetis, et sumere omnem veridicam informationem, et exinde nobis rescribere quicquid comperietis, ac declarare opinionem, et sententiam vestram, ut ea habita, deliberare valeamus quantum nobis expedire videbitur².

Datae in N. D. P. die VIII. Octobris Indic.e III. 1470.

Ser:me Princeps et excell.me Domine.

Serenitati vestrae et suo excelso consilio reverenter exponitur³ pro parte devotorum servitorum eiusdem Can.corum et Cap.lo eccl.ae Tar:ae quod vacante Canonicatu et Praebenda per mortem bo. me. D. Francisci de Bladino tunc Can.ci Tarvisini, plures cum Suis gratiis spectativ. acceptaverunt d. Canonicatum et Praebendam, inter quos in praesentiarum lis coepta est, et causa commissa per sedem ap.licam in romana Curia. et quia vigore Statutorum Eccl.ae cath.lis Tar:ae fructus primi anni vacantium praebendarum Canonicalium deveniunt ad Canipam Capituli Tarvisini, et ita semper observatum est de praed.ctis Praebendis Canonicalibus vacantibus; nec unquam aliter in contrarium reperiri poterit, et etiam secundum Statutorum formam non solum fructus primi anni devenerunt ad Canipam, sed etiam vertente lite inter aliquos in romana Curia vel extra, ad quos eorum debeant pervenire et spectare dicta Praebenda Canonicalis de jure, donec lis fuerit Canonice deffinita fructus praebendae sic in litigium deductae singulis annis sequentibus revenire debeant ad Canipam Capituli, et in sequestrum teneri, et victoriam obtinenti per Masarium Cap.li assignari, prout volunt et dictant Statuta praedicta per Sedem Ap.licam confirmata. Tamen quidam, qui etiam acceptavit dictam Praebendam Canonicalem nititur impedire, et de facto impedit contra formam Statutorum, et consuetudines eccl.ae semper observatas, quominus dicti fructus perveniant ad Capitulum.

Quare humiliter pro parte praedictorum Oratorum Ill:me D. V. supplicatur, quatenus dignetur Magn.co et generoso D. Potestati Vestrae Civit. Tarv:nae scribere quod fructus praedictos venire faciat ad Canipam Cap.li Tar.ni secundum formam dictorum Statutorum, et sequestrum relaxet, si quod factum est ad aliquorum instantiam, quemadmodum excelso Consilio Ill:me D.e V.s videbitur, et placebit; cuius Serenitatis gratiae se et Capitulum et Eccl.am praedictam humiliter comendant.

. . .

¹ (a lato, in margine sinistro) ex.

² (come sopra) Pro Cap.lo Canonicorum eccl.ae Tarvisinae.

³ (come sopra) Expectativae 1470.

(come sopra) Fructus P.mi Anni Praebendar.m Canonic.m.

Statutum

Item quod omnes fructus, redditus, et proventus ad Canipam Capituli revertentes etc.

Die 18. Octobris

Ego Bartholamaeus petronius Cancellarius Mg.ci D. Potest. et Capit. admonui D. Marcum de herbusco intervenientem nomine contrariae partis Suprascriptorum Supplicantium, ut si contradictiones aliquas facere intendit in scriptis, illas producere debeat per totam diem crastinam, alioquin respondebitur supplicationi ipsi, non obstantibus etc.

Qui respondit se loquutum fuisse cum praefato D. Pot. et nil aliud dicere, vel facere velle super inde.

Ad Supplicationem Suprascriptam bene visam et diligenter examinatum reverenter respondeo Ego Petrus Memo Pot.tas et Cap:us vester Tarvisii, me audivisse partem adversam una cum Suprascriptis Supplicantibus, quae contradictiones aliquas in scriptis facere noluit, et vidisse Statutum infrascriptum, quod corrigi feci cum authentico, assumpsisseque informationem optimam super inde a fide dignis, ex quibus omnibus percipio Statuti praedicti observantiam fuisse, quod omnes fructus primi anni praebendae Canonialis Vacantis pervenire debeant, et pervenerunt in Canipam, ut supra. Verum hoc continue fuit observatum, quod ipsi DD. Canonici vel eorum Massarii fecerunt, et facere consueverunt gra.m succedenti, et per viam concordii a beneficio (ut puta) ducatos 100. acceperunt, aliquando duc. 20., aliquando triginta, et aliquando plus et minus juxta succedentis conditionem.

Et verum etiam est quod aliquando ipsi DD. Can.ci omnes fructus perceperunt, et aliquando nihil habuerunt: sed hoc fuit raro, vel (ut sic dicitur) quasi numquam. Quibus igitur omnibus attentis, et consideratis vestra Sublimitas iustissime poterit hac in re disponere, et pro libito mandare.

Cuius gratiae me humiliter comendo.
expedita die 20. Octobris 1470.

Nell'istesso libro a c. 136. t:go vi è una Supplica (e risposta favorevole del Podestà) al Principe, del Cap.lo di poter accordar con un certo Tommaso de Montona Citt:o Trivig:o per liberare dalla X. che a lui pagavano alcune terre del Canonicato di Mess.r Zuanno de la Siega citt. di Trevigi.

(- carta 127, tergo)

ex eodem Registro c. 54. t:go⁴

Cristoforus Mauro (*sin qui in margine*) dei gra. dux Ven.m etc.

Nobili et Sapienti Viro Petro Memmo de suo mandato Pot:i et Cap:o Tarvisii fideli dilecto salutem et dilectionis affectum.

Mandamus vobis, quod examinare debeat diligenter litteras, quas ad vos mittimus praesentibus introclusas super concambio, quod facere desiderat Plebanus S. Agnetis de Tarvis. de uno hortulo sito in burgo omnium Sanctorum redditus soldorum XX. singulo anno cum dominico de la Meduna de uno Campo cum dimidio, in quo sunt IIII.or plantatae Et dicere n.ro Dominio consilium et oppinionem vestram, et principaliter si haec permutatio cedit in utilitatem eccl.ae.

Datae in n.ro duc. Palacio die XXIII. ap.lis. Indict. 4. 1471.

Ser.me Princeps et Domine excel.me post humilem comendationem S. V. significo⁵, qualiter D. dominicus de la Meduna Not. Civis Tarvis. . . .

⁴ (*a lato, sul margine sinistro*) ex.

1471. Permutatio p. Eccl.iam S. Agnetis cum licentia Capituli

⁵ (*come sopra*) Vic. R.mi D. E.pi Tar.ni confirmat permutat.m visa licentia Capituli.

coram me et off. io meo comparuerit, et exposuerit, quod permutaverit, sive concambiaverit unam ipsius clausuram cum quattor plantatis campis unius cum dimidio vel circa positam in Villa de Trivignano cum D. Pbr. o nicolao rectore eccl. ae S. Agnetis de Tar: o cum uno ipsius eccl. ae hortulo circa quartum unius campi posito in burgo Ss: rum XL. vel circa, de quo hortulo Pb. r Nicolaus de affictu habebat et recognoscebat sol. XX. par. m pro singulo anno, et petiit, ut meam interponerem dictae permutationi auctoritatem atque decretum.

Qui visa licentia Cap. li eccl. ae Cath. lis Tar. ae praedictis attributa, nec non habita diligenti informatione et fide digna a nuncio destinato ad videndum istam clausuram et hortulum, ut de hoc constat in instrumentis concambii, sive permutationis, sicut S. V. poterit videre, considerato beneficio, et emolumentum (sic) dictae eccl. ae ac considerato, quod dictus D. Dominicus tribuit praedicto D. Pb. ro Nicolao nomine eccl. ae ultra dictam clausuram libras XX. parvorum, dicto concambio sive permutationi auctoritatem meam interposui, et decretum.

Quocirca ad ipsius D. Dominici instantiam supplico S. V.; si placet; suam similiter interponat auctoritatem atque decretum.

Valeat S. V. cui me plurimum et humiliter commendo.

Ex Tarvisio die 28. Novembris 1470.

S. V. humillimus Servitor

Beraldinus de Nordio
Vicarius D. E. pi Tar: i

Ser. me Princeps et excel: me D. Domine mi singularis⁶.

Acceptis reverenter Ser: V. litteris, et diligenter inspectis, ac mature examinatis, nec non litteris R. D. Vicarii R: mi D. E. pi Tar: in ipsis inclusis.

Quibus enim concerno Subl. ti V. supplicatum esse, ut dignetur ea V. benigna clementia permutationem factam p. D. Pb. rum Nicolaum Rectorem eccl. ae S. Agnetis de Tarvisio de uno eius hortulo, de quo solvitur annuatim sol. XX. par. m cum Dominico de lameduna Not. Tarvisino de campo uno cum dimidio terrae cum plantatis quattuor cum terra praedict. a de gra. et dono speciali fieri debite posse, non obstante decreto super hoc disponente, et insuper praehabita matura, et diligenti informatione⁷ a nonnullis personis instructis de praedicto hortulo, et terra, quae est in majori precio, quam non est hortulus: ipsi itaque sane in eccl. a praedicta maxima redundat utilitas; veruntamen exc. V. ae mirum in hoc non fiat, nam hortulo ipsi cum sit contiguus terreno corporum mortuorum haebreorum Tar. cohabitantium, mercatum firmatum est per d. Dominicum permutatorem cum his haebreis eo tanto precio, quanto pecia terrae, de qua, ut dixi, venderetur, ac vendita fuerit in contatis pecuneis justo et convenienti precio.

Quare consideratis omnibus merito considerandis, praehabito colloquio de praemissis cum sindaco vel procuratore Venerandi Capituli eccl. ae Cathedralis Tar. ae, cui attributa extitit⁸ gubernatio dictae eccl. ae S. Agnetis V. Sublim. reverenter, ut decet, consulo, et parere, ac opinionem meam esse praelibatam V. ecc. ae de gratia et largito dono speciali hoc fieri posse, supplicantibus, quae est in utilitatem ipsius eccl. ae. Tamen V. Sublimitas etc.

Ex Tarvisio die p. o Maii 1471.

Petrus Memo

Pot. tas et Capitaneus Tar. ii

c. 74. t: go

vi è una Supplica di Ottaviano Dal Corno al Principe, e consulta favorevole del Podestà, per approvare il contratto da Lui fatto di consenso del Cap. lo coll' Archidiacono Lionardo da Termo, di pagarli L. 14. annue per una tezza e casere ruinose vicine ad una Sua casa novamente fabbricata in borgo a SS. ti XL. che pagavano L. 12: con patto di fondare questo livello sopra uno stabile del medesimo Ottaviano, come più piacesse al Cap. lo, e al possessore della Prebenda.

D. 20. Martii 1471. . . .

⁶ (come sopra) Resp. um Mag. ci D. Pot. tis.

⁷ (come sopra) 1471. p. o Maii

⁸ (a lato, in margine sinistro) Capitulo est attributa gubernatio Eccl. iae S. Agnetis

c. 80. t.go

altra Supplicazione dello stesso del Corno per ultimare questa faccenda senza disturbi.

D. 1471. VII. Ap.lis.

ac. 103⁹.

Vi è una Ducale che conferma in Cancelliere del Commune la elezione fatta dal Podestà di consenso del Commune della persona di Fran.co Rollandello Poeta Laureato, e Lettore di Rettorica già da molti anni in essa città.

1471. XXII. Maggio.

mori l'anno 1490 cancelliere attuale, mentre D. 3. Marzo di quest'anno sono date le Lettere del Podestà Antonio Bernardo, colle quali dà parte al Principe di averli eletto successore Hieronimo Sugana.

Dal Registro di quest'anno c. 44.

⁹ (come sopra) 1471. 22. Maggio